AMB 199 | Doc 3

ADMODVM. REVERENDO.
D. D.
PRAESBYTERO.

CAROLO. MARIÆ. TONNÆ.

PRIMIGENIÆ. NOVARIENSIS. DIOECESEOS.
OTHONIANÆ. CANONIÆ.
S. IVLII. IN. RIPARIA.
SPECTATISSIMO. MEMERO.
ZELO. PIETATE. EXEMPLO.
NVLLI. SECVNDO.
MYSTICÆ. ROMAGNANENSIS. POPVLI. TERRÆ.
FERIIS. CINERALIBVS.
EVANGELICVM. SEMEN. IN. CORDIS. EFFVSIONE.
COMMENDANTI.
EXTREMA. APOSTOLICI. MVNERIS. PERIODO.
COMMVNI. OMNIVM. SVFFRAGIO.
PER. TRIENNIUM. PASTORE. VIDVATÆ. PARAECIÆ.
MAGNIFICI. OPPIDI. ROMAGNANI.
PRÆPOSITO. INAVGVRATO.
OCTAVO. KAL. IVNII. CIƆIƆCCXC. ÆRÆ. VVLG.

Varalli. Ex Typographia Ramponi. Superiorum permissu.

FONDAZIONE MARAZZA

A. R. D. D.

BERNARDINO. TONNÆ.

S. T. D.

INSIGNIS. EVMENIÆ. COLLEGIATÆ.

PRAEPOSITO.

VICARIO. FORANEO.

EXAMIN. SYNOD.

ET.

D. D.

JOANNE. JACOBO. TONNA.

A. R. D. D.

CAROLI. MARIÆ. TONNÆ.

NEO--PRAEPOSITI. ROMAGNANI.

AMANTISSIMIS. FRATRIBVS.

GERMANAE. BENEVOLENTIAE. ERGO.

AVSPICIBVS.

ELEGIDIUM
LOGICO-ETHICUM

Quum veniſſem ad vos,
veni non in ſublimitate ſermonis.

1. Cor. 2. 1.

PIgmentis phraſium ræfugit ſplendeſcere VERUM,
Quo nam ſimplex eſt, id mage luce micat.
Rhetoris illicium DIVINA SAPIENTIA abhorret,
Ac ſæcli ſophiam neſcit EVANGELIUM. (1.)

(1.) 1. Cor. 3. 19.

FONDAZIONE MARAZZA

Sermo *Dei* ex ſe verax eſt, hominum haud eget arte,
Ipſus acutior eſt ancipiti gladio. (1.)
TONNA bono natus populi, cui eſt frangere panem (2.)
Divini verbi, & paſqua, queis animus
Eſuriens ſancte [redacted] vivit, proferre petenti,
Mores recturo ſpe, charitate, fide:
Praevia, queis ducibus, virtuti ſemita praeſto eſt,
Lubricaque omnigenis tecta via eſt vitiis.
Suggeſtum aſcendit, gravis inceſſu, aperiturus
Ora Prophetarum Spiritu Apoſtolico.
Æternos libros, æterna oracula pandit
Plaſtorum ſancit munia, jura Dei.
Salvifica heic prodit reſerans Myſteria Chriſti,
Tragica, quae recolunt Acta Quadrageſimæ.
Quæ Domini ſabboth credenda Noviſſima perſtent,
Scriptura evincit, Conciliis, Patribus.
Terra, & Cœlum tranſibunt, ſed verba nequaquam
Chriſti (3.) tranſibunt, *Verita', Vita, Via eſt* (4.)
Mortem indicit, *Judicium*, *Infernum*, *Paradiſum*, (5.)
Factis reſpondet cuique bona, aut mala ſors; (6.)
TONNA tonat; ſed felicem deſperet Avarus,
Amaſius, Vindex, Ebrio, Sacrilegus. (7.)
Morigero ſervata pio eſt, promiſſa fideli
Servo, Chriſtiſequo vitæ beatæ viro. (8.)

(1.) 1. Cor. 2. 1. (2.) 1. Jerem. 4. (3.) Marci 13. 31. (4.) Joan. 1. 14. 6.
(5.) Juxta Canon., & Miſſion Concionator. (6.) Apoc. 2. 23.
(7.) 1. Cor. 15. 11. & 6. 10. (8.) Matth. 19. 17.

Cætera moralis doctrinæ ſemina Chriſti
Spargit, ut exardens Eccleſiaſtis (1.) amor.
Æſtuat. Ulli non parcit, ſimul omnibu', parcit,
Qui vitiata gravi corde dolore terunt (2.)
Zelotype inſectans ſimul impium, & impietatem,
Quaſſat iniquorum pectora dura hominum.
Peccati monſtrum prodit, quo crimine SUMMUM in
ENS temere ſontes impia bella movent.
Sophos. Tu ROMAGNANI ſacra paſqua Genti
TONNA propinaſti, queis pie Te imbuerat. (3.)
Spiritus, ut rectum virtuti callem aperires,
Atque viam obſcœnis obſtruveres vitiis.
Te auditura hoc Templum magna frequentia adibat,
Ferret ut ægrotis quiſque animabus opem.
Vulgaris ſtylus: aſt divino fervet amore,
Patrum morales exprimit Homilias.
Sermo, quo *cœleſti illuſtras lumine mentes*;
Is mage cor penetrat, quo mage ſerpit humi;
Quæ fidei, & morum ſanxit credenda Redemptor,
Ad captum populi, aſt Spiritu Apoſtolico
Cuique indicis: blandiris nulli. Furit Ipſe
Ex Roſtro, ferit, & vulnera pectus amat.
Ægre fert nemo ſontem ſe ex corde fateri, (4.)
Mortales plagas unctio ſancta linit,

(1.) Concionator (2.) Iſas. 55. (3.) Matth. 6. 10. 22. (4.) Daniel. 9. 5.

Dum loquitur, monet, arguit effudiſſe videtur
Cor, docto, indocto debitor Ipſe Gregi; (1.)
Indoctum paſcendum, ut major portio, Verbo
Eligit, ut doctos & ſimul erudiat.
Dignum, æquumque eſt, ſit ſcopus afflato Eccleſiaſte
CHRISTI doctrina plurima pars Ovium.
Hacque latent methodo nullum documenta ſalutis,
Qua orthodoxiæ vita ineunda foret.
Exleges Puberis mandaſti horreſcere mores,
Corrupti & ſæcli dogmata odiſſe jubes;
Queis ſemel irretita recens, incauta Juventus,
Vix ſe extricare (heus!) illaqueata valet. (2.)
Optimus oh Veri, Juſti, dux fidus Honeſti!
Oh Tu Epheborum ſemita, fax animis!
Quæ nam Hominis docuiſti in NUMEN munia, & ordo,
Quid SPECIEI, quid debeat ipſe SIBI.
Cancellum Uxori ſanxiſti, & jura Marito,
Quæque Patres Soboli, quæ Soboles Patribus
Præſtare utrique utrorumque bono teneantur,
Spiritui, Mutuo, Corpori & officia.
Quæ populus ſanctæ legis præcepta ſecutus
Devote in ſtato tramite dirigitur.
Teſtes multigeni ſunt ſparſo hoc ſemine fructus,
Quos collegiſti Meſſis Evangelicæ. (3.)

(1.) Rom. 10, 14. (2.) Prov. 22, 6. (3.) Lucæ 10, 2.

Præco ſacer ſalve: datum & eſt Tibi paſcere Verbo,
Paſcere & Exemplo (1.) Te Deus incolumem
Servet. Macte animo, argue, obſecra, increpa in omni (2.)
Tu patientia ini Munus Apoſtolicum.
Tempus enim hocce eſt, in quo non ſanam doctrinam (3.)
Suſtinet a Vero Transfuga; ſed amens
Jam coacervat prurientes aure Magiſtros. (4.)
Quos decimi-octavi (5.) fœda libido tulit.
Opportune importune CHRISTI imple Miniſtri
Officium; hæc Tua enim eſt Miſſio Epiſcopii.
Arnaldi, Baii, Queſnelli erronea fuco
Orthodoxiæ themata larva tegit,
Nunc recoquunt, quæ jam SORBONA anathemate inuſſit (6.)
Et VATICANUM, quæ hæreſeon ſapere (7.)
Proſcripta, & damnata atro carbone notavit.
Et quæ jam cuique aſſeruiſſe nefas:
Tutati impia, pejora auſi, peſſima faſſi
Eccleſiæ peſtis, dedecus, exitium,

(1.) Ad Tit. 2. (2.) Ad Tim. 2. 4. 3. (3.) Ad Tim. 2. 4. 3.
(4.) Ibidem. (5.) Sæculi
(6.) Gallicana Sorbonica Facultas an. 1655. damnavit plures propoſit. Antonii Arnaldi, eumque a catal. Doctor. Sorb. expunxit.
(7.) Ad mentem, & normam Concil. Trid. in Continuat. Seſſ. 25. de Indice Libror. prohibitor. poſt. Præfat. in eorumdem Indicem damnati fuerunt 7. Libri Antonii Arnaldi an. 1656., ac ſubinde ab Alex. VIII. quinque potiſſimum dicti Auctor. peculiares propoſit. contentæ in Libro, cui titulus: DELLA FREQUENTE COMUNIONE proſcriptæ fuerunt.
Michaelis Baii 79. propoſit. a Pio V. Gregor. XIII., & Urb. VIII. 1664; Queſnelli vero 101. propoſit. ab Innoc. XI. damnatæ fuerunt.

FONDAZIONE MARAZZA

Lupi omneis, qui ſe ſub ovina pelle recondunt. (1.)
Sunt bona dicta malum, ſunt mala dicta bonum. (2.)
Una ad ravim effutitur VENERANDA VETUSTAS, (3.)
Qua Patrum mutilis Textibus hæreſeon
Perſonatam obtrudant: ſubdula nata malo gens
Noxia (res facto eſt) Eccleſiæ, Imperio (4.)
Verbo ANTIQUA ANTIQUA crepant, aſt re NOVA produnt.
Poſthabitis uſu, Conciliis, Patribus.
Sychophantæ omneis, queis cernere Vera negatum eſt,
Cœci, & cœcorum Religione Duces. (5.)
Burgi-Fontanæ hocce ſapit Myſteria, ſanctim
Quæ CHRISTI evertunt hæterodoxa fidem (6.)
Pallio Evangelico ſuffulta, ut fallant, mactent, (7.)
Occidant, perdant. Cœtus enigmaticus
Sat latuit: commenta patent acatholica, quæ illuc
Hoc clandeſtino Concilio fuerant.

(1.) Matth. 7. 15. (2.) Iſai 55. 1. 20. (3.) Vide quatuor Tomulos Caſuum Moralium, queis titulus: Apologia di molte verità ſpettanti alla dottrina, e diſciplina della Chieſa colla data 1789. in Pantapoli. Vid. Librum, cui tit. L' EPISCOPATO 1789.
(4.) Vide Thomam Ant. Contin. Dizionario delle Ereſie 1771. Ediz. Venetæ. Plus Togæ læſere Rempubl., quam Loricæ. Tertull. de Pallio cap. 5.
(5.) Matth. 15. 14. (6.) Circa l' anno 1621. ſi radunarono in Borgo Fontana Certoſa diſt. da Parigi 17. leghe, i primi Capi del Gianſeniſmo, cioè Gio. Du Verger Abate di S. Cirano, Cornelio Gianſenio Veſc. d' Ipri, Filippo Coſpean Veſc. di Nantes, Pietro Camus Veſc. di Belley, Antonio Arnaldo, e Simone Vigor col diſegno di rovinare il Vangelo, la Chieſa, ed i più ſanti Miſteri, particolarmente quello dell' Incarnazione, e di ſtabilire una ſpezie di Deiſmo; Vedi: LA REALTA' DEL PROGETTO DI BORGO FONTANA:
(7.) D. Aug. Tract. 4. in Joan. poſt initium.

Sancita? Inſurgunt doctæ Calami, quibus auſis
Impius excutitur, concidit, atteritur. (1.)
Doctrinam Eccleſiæ ficto ore ſtrepunt, ut SUMMUM in HIERARCHAM impune hi ſacrilega arma ferant.
Sale ſtylum theonino acuunt, quo dogmata pandant
Deturbaſſe Throno Zoïliaca arte CEPHAM.
Ambitioſum hominum genus! heus tolluntur in altum
Lapſu præcipites quo graviore ruant.
Tempora iniqua nacti ſumus: mollita loquuntur;
Ipſaque acuta necis ſunt animis jacula. (2.)
Hos verſipelles Te detexiſſe probarunt
Mores, doctrinæ, dogmata, Religio,
Cui juras: Tu namque catholica ſenſa ſecutus,
Quæ inconcuſſa tenet BIBLIA, TRADITIO. (3.)
Tu illam unam, & veram prodis, quam CHRISTUS JESUS
In Mundum invexit, quamque per Eccleſiam (4.)
Diffudit miris CARO-FACTA SAPIENTIA ſignis,
Firmata omnigenis, Ipſa operante, modis; (5.)
Ex qua hinc in terris conſtans eſt candida pax, eſt
Æterna in Cœlis, hac duce, cuique ſalus. (6.)
Lætator BARZONA (7.) exultato OSSULA, Tantum
Hunc dioeceſi Vos genuiſſe Virum.

(1.) Vedi il Libro intitolato CONTINUAZ. DELL' APOLOG. DI DIVERSE VERITA' OPUSC. III. COLLA DATA DELL' AN. 1789. IN PANTAPOLI. PAG. 78. (2.) Pſal. 54. 22. (3.) Duo primaria Religionis fulcra. (4.) Magis ſtandum eſt auctoritati Eccleſiæ, quam Auctoritati Auguſtini, Hieronymi, vel cujuſcumque Doctoris. S Thom. 2. 2. q. 10. art. 12. (5.) Marci 8. 20. (6.) Joan. 1. 16. (7.) Paeſe nell' Oſſola Membro di Callaſca, Patria del lodato SIG. PREPOSITO.

Hæc magna. Aſt & plura forent, nullaque ſilenda
Et voce, & calamo poſteritate hominum.
Quid noſtræ his poſſint tamen experiere Camænæ
Verſibus, expectes jam meliora velim.
Xeniola hæc noſtri, Myſte Optime, Tu excipe amoris
Et diſces parvo maxima ſæpe dari.
Te erga, ergaque TUUM SACRUM Elegeia CŒTUM (1.)
Cedat in affectum, cedat in obſequium.
Jam Cinere exterſo Paſcalia Feſta recurunt,
Fauſte & TONNA obiit Munus Evangelicum,
Quum impatiens reducem Pſaltem Riparia DIVI
JULII ad Aram Ipſum jam remeaſſe putat
Functurum Othonis Canoniæ munere: Mirum!
En ſubita audita eſt Vox Theopneuſta (2.): Gregis
Paſtor eris ROMAGNANI, *Myſta Alme*, precantum
Pubblica Tu Populi votane reſpueris?
Namque revelata eſt Nobis divina voluntas,
Tu PRÆPOSITUS es, nolis an, anve velis.
Novimus in Cœlis æterno Codice ſcriptum:
Tu ROMAGNANI CAROLE TONNA OVIUM
PASTOR ERIS: Tibi fas eſt aſſenſiſſe vacanti,
Parrochi & ultro ſacrum Te ſubiiſſe jugum.
Omneis nam nemo fallit, nec neminem & omneis,
Ut Seneca edixit, Tu angeris an ſuperum

(1.) Reverendiſſ. Othonianæ Canoniæ Capitulum
(2.) Divinitus inſpirata.

Elegeris placito? Logices illatio rita eſt
Communi adagio: VOX POPULI, ERGO DEI.
TONNA fugis? Fugientem ubicumque ſequemur,
Quo uſque album Nobis calculum addideris. (1.)
Oh facta Hærois tardo memoranda Nepoti,
Queis unis ſtant Res-publica, Regna, Throni!
Numne ſtudes divini imitari exempla Magiſtri,
Quum Regem vellent quem facere Ipſe fugit? (2.)
Ipſe fugit, ne temporalia ſceptra teneret: (3.)
Regno Ipſumne ſui num renuiſſe PATRIS
Præeſſe hic legitur? Tu ergo ut veſtigia CHRISTI
Secteris propius, CAROLE TONNA, regi
Hunc a Te Populum patere. Audit *Myſta* loquentum
Verba ... Tacet ... volvit ... ſubmeditatur: Habet
Cœlitus a Nazaræno ut ſibi dicta .... petenti
Annuit ... At tremit; & cernuus ante Theon
Et Cœli, & Terræ, hæc impervia pronus adorat
Judicia; exclamans: ut placuiſſe Deo (4.)
Novi, ſic fiat. Vix faſſus; jam undique clamor,
(*Salveat. Electus Paſtor*) ad aſtra volat.
Reſpondent Colles, reſpondet Seſia: Vivat,
Evax: oh tanto Spiritus Alme, bono
Æternæ Tibi ſint pretioſo hoc munere grates.
Sophos. Myſta ſacer CAROLE TONNA, diu

(1.) NOLLENTES, ET &c. SUNT ELIGENDI. (2.) Joan. 6. 15.
(3.) Joan. 18. 36. (4.) Math. 11. 26.

FONDAZIONE MARAZZA

Ter bene ſit Tibi, percurras ter Neſtoris ævum;
  Creſcet namque tua noſtra ſalute ſalus.
Tu inſontis columen, viduæ tutela, ſaluſque,
  Pauperis, ægroti ſuppetiæ miſerum.
Verax Paulli imitator, Tu omnibus omnia factus (1.)
  Omneis ut CHRISTO, TONNA, lucri-facias.
Huic bene conveniunt, inque una ſede morantur
  Majeſtas, & amor, Relligio, Pietas.
Acceſſu facilis, comis ritu, ore, loquela,
  Omneis urbanis prævenit officiis.
Senſu humilis, non alta ſapit, non ſæculum oleſcit;
  Obſequio in ſimiles neſcius Ipſe ſui.
Eutrapelia (2.) hic ſplendet, ſplendet ſana Ethice, claros;
  Dioeceſeos hic moribu' obumbrat Avos.
Dum bene, & amuſſi ſectans veſtigia Petri
  Exemploque docet, eloquioque ducet,
Relligio audita has Cœlo depromere voces:
  Ut mea diteſcant, CAROLE, vive diu;
Uno ore, & clamare omneis: Vere Optimus Hic eſt,
  Doctor qui, quod nos edocet, illud agit.
Oh Romagnanum, Tu fortunaris: ovato
  Tantum Te nactum ſorte tuliſſe Virum
Magna decent Magnos, Magne oh Vir clare, Virorum
  Tu Populi hujus noſtri gloria pignus, honos.

(1.) 1. Cor. 9. 22. (2.) Moderatio, prudentia.

Venturo Sophi Genii Præposito in altum
  Huc illuc tollunt buſta, hieroglyphica,
Atque triumphales arcus; his ſymbola nectunt;
  Queis Myſtam elogiis, plauſibus excipiant.
Sacra ſuper Templi foribus jam Epigrapha pendent;
  Atque via doctis carminibus reſonant.
Plebs Illum expectant, Illum optat Clerus, ut omneis
  Indigenarum animos pace, opere, ore beet.
At jam TONNA venit, magna comitante caterva;
  Obviam eunt Equites, turba, Levita, Forum.
Æra ciunt, pyrio exploſo jam pulvere bombis
  Aer ubique Echo lætitia reboat.
SILVANE occurre, & Paſtorem amplectere TONNAM
  Inque tuæ Eccleſies, Alme Patrone, ſinum
Excipe: Tu illi animum fortem, ſuavemque creato,
  Quo hoc CHRISTI & Sophia, & moribu' Ovile regat.
Reſpice, & Huic, in qua regnas ætherea ab aula
  Præſto ſis, ſerva, protegito, benedic.
Hæc ſua ſors Domini Sabaoth ſit Vinea (1.), ut uvas
  Non male Labruſcas (2.) degener illa ferat
Eccleſia EUSEBI, hæc trinos viduata per annos,
  Rectore abrepto, mœſta ſupercilio,
Partium & effræni ſtudio jam acta undique, pro qua
  Fervida Te ſcimus vota dediſſe Deo,

(1.) Matth. 21. 28. (2.) Iſai. 5. 2. & 4.

Lœtabunda Tibi abſterſo moerore ſereno
  Se ſe offert vultu: cuique abiit Populi
Velle ſuum: in Pago nunc voto vivitur uno,
  Candidaque eſt tandem reddita pax animis.
Omnium in ELECTUM PASTOREM uno-unica vox eſt,
  ROMAGNANI, Te Præſide, TONNA Gregis
Parochus eſt; pratrio jam, fauſta ſorte, fugato,
  Qua laniabatur, ſchiſmate, PRÆSUL adeſt.
EUSEBI, i præſtans meritis, Regumque precator
  Regem, & Tu TONNÆ tolle patrocinium;
Felix, quo in Cœlis ratum eſt, ſine fine beeris,
  Hujus dilecti Tu memor eſto Soli.
Patrem ora ſapientiæ, ut hic, jam Præſule TONNA,
  Recta Deo ſapiat, Imperio, Patriæ.
Jam licet indugredi: Populi erumpit fragor altus:
  NOSTRI, Evax PASTOR CAROLE TONNA GREGIS:
CAROLE TONNA GREGIS NOSTRI PASTOR, veni ad Aras
  SILVANI, EUSEBII, jam diu amore flagrant
Te amplecti, & ROMAGNANI Tibi credere Gentem,
  Quam verbo, exemplo, quam pietate regas.
Pluris Te facit hæc noſtri Reſpublica Pagi,
  Texere quam Tibi nunc elogium valeat:
Ultro lubens vellem dignas Tibi reddere laudes.
  Aſt quis pro meritis, CAROLE TONNA, ferat?
Paucis: hocce DEUS Te miſit ad Oppidum, ut eſſes
  Noſtrum deliciæ, gratia, pignus, honos.

Tu Pacem REGI, DEUS OPTUME MACSUME, præbe;
  Da pacem TONNÆ, da quibus Ipſe præeſt.
Hæc ſunto: Vates celebrent alii. Tibi ſiſto:
  IO ROMAGNANI STEPHANOS ECCLESIÆ.
  - - - - - - - - - - - Qui occinit, offert;

In Devinctiſſ. & Obſequentiſſ.
Animi argumentum
RENATUS CHIRPER.

FINIS.

1790. 6. JUNII VARALLI
IMPRIMATUR
PRÆP. INNOCENTIUS IMBRICUS
VIC. FORANEUS.

V. SE NE PERMETTE LA STAMPA
BONO PRETORE
PER S. E. IL SIG.
CONTE CORTE
GRAN CANCELLIERE.

FONDAZIONE MARAZZA